N. 2770.

CURRENDA XV.

A. D. 1860.

N. præs. 107.

Norma Romæ in recitandis publicis pro Augustissmo Austriæ Imperatore precibus statuta.

Apostolicus Austriæ Imperator Franciscus Josephus saluberrimum precibus Ecclesiæ fructum attribuens, vota Sua ad Sanctissimum Urbis ac Orbis Patrem Pium IX devolverat tenoris, quatenus normam certam pro Ditionibus Austriacis quoad preces publicas in favorem Sacratissimæ Majestatis, jam in Missæ sacrificio, quotidiano, vel sollenni aut parochiali; jam in Missa Præsanctificatorum fer. VI. in Parasceve, sublato Romano Imperio et in Præconio paschali ad fontem Baptis. Sab. sancto.. jam in Litaniis Sanctorum... ratihabere et præscribere dignaretur. Approbatio e singulari erga Sacratissimam Majestatem nostram ob initum Concordatum &c. beneficentia subsecuta nec non Decreto SS. RR. Congregationis de 10 Febr. 1860 per epistolam subsequam publicata est. Hocce Decretum nec non Epistola Eminentissimi Nuntii Apost. Vienn. de 25 Apr. a. c. verbotenus ita sonant:

Epistola Nuntiaturæ Vien. „Illustrissime et Reverendissime Domine!"

Officio mihi commisso libentissime fungor, et Dominationi Vestræ Illustrissimae et Reverendissimae Decretum a Sacrorum Rituum Congregatione Romae novissime editum transmitto, legitimum modum et normam certam in recitandis pro Augustissimo Imperatore publicis precibus statuens.

Nullus dubito, quin Clerus et populus fidelis per universam Ditionem Austriacam nova exinde sint experturi incitamenta ad enixissime Bonorum Datorem Deum exorandum, ut Augustissimum Imperatorem et Regem de Re catholica optime meritum diutissime sospitem servet, et Ipsum in omnibus Suis consiliis et *operibus deducat*, et *in Sua potentia custodiat* (Sap. IX.)

Hanc occasionem laeto animo arripio, ut meae peculiaris erga Dominationem Vestram Illustrissimam et Reverendissimam observantiae sensa iterum profitear, usque persistens

Dominationis Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae

Viennae, die XXV. Aprilis 1860.

studiosissimus et add.mus famulus

Ant. Archieppus Tarsens. N. Ap."

Sacrorum Rituum Congregationis Decretum. Imperii Austriaci.

„Fulget jam in Ecclesiae fastis, atque in aevum magna circumdatum gloria fulgebit augustum **Francisci Josephi I.** Austriae Imperatoris nomen, quod domestica sanctorum Decessorum suorum Stephani Ungarici et Henrici cognomento Pii imitatus exempla omnem curam cogitationemque suam, Imperio vix inito, illuc potissimum intenderit, ut jura Catholicae Ecclesiac inter subditos sibi

populos inviolabilia conclamaret, ac, discretis Dei Caesarisque rationibus, Omnipotenti Deo, per quem Reges regnant et Legum Conditores justa decernunt, quae Dei forent, prompto hilarique animo redderet. Insignis adeo in Deum ejusque Ecclesiam pietas, quam ingenti cum plausu totus, qua late patet, Catholicus Orbis excepit, ejusmodi profecto est, ut Apostolica Sedes non modo de tanto Imperatore veluti de piissimo sibique charissimo filio glorietur, sed oblatas sibi occasiones eidem gratificandi, quantum in Domino possit, libentissime arripiat.

Cum itaque Augustissimus idem Imperator vehementer cupiat publicas, quae a vetustissima aetate in Universa Ditione Austriaca pro supremo Imperante consueverunt hactenus adhiberi preces tam in Missis solemnibus per annum, non exclusa Missa Praesanctificatorum feria VI. in Parasceve, quam in Praeconio Paschali die sabbathi sancti atque in Litaniis sanctornm, ab Apostolica Sede ratas haberi, ut ejus auctoritate accedente omnimodam firmitatem accipiant, et ad certam fixamque methodum redigantur, supplicia ea de re vota sua per suum in Urbe Legatum Ssmo Domino Nostro Pio P. P. IX. exhiberi curavit. Hac porro occasione cum per eundum Legatum suum enixe postulaverit, ut nomen supremi Imperantis in Canone Missae amodo adjiciatur ad normam potius usus, qui ab Austriaco Imperio constituto invaluit, quam anterioris privilegii a Summo Pontifice Clemente XIII. Imperatrici Mariae Theresiae ejusque successoribus indulti Apostolicis Litteris sub annulo Piscatoris datis anno 1761, diebus V. et VI. Maji, Sanctitas Sua, matura deliberatione praemissa, volens singularis Suae ac vere paternae benevolentiae tanto Imperatori tradere pignus, porrectis ab Eo votis de benignitate Apostolica annuere dignata est, praefatasque publicas preces sub modo et forma infradicendis ratas habuit et confirmavit, atque in omnibus et singulis Ecclesiis Latini Ritus intra fines Imperii Austriaci constitutis recitari mandavit, contrariis quibuscunque, ipsisque superioribus Clementis XIII. Apostolicis Litteris, quibus ad effectum dumtaxat praesentis Indulti expresse derogavit, minime obstantibus.

Methodum autem in istiusmodi precibus usurpandam, atque indeclinabiliter ab omnibus et singulis Latini Ritus Ecclesiis in universa Ditione Austriaca servandam hanc esse voluit.

I. In Missae Canone nomen Imperatoris adjicietur hac adhibita formula — „Et pro Imperatore Nostro N.“ — quae dicenda erit post mentionem factam Romani Pontificis et Episcopi Dioecesani.

II. In singulis per annum Missis solemnibus, vel Parochialibus, diebus tamen quibus per Rubricas licebit, sequens addetur pro Imperatore Collecta.

Oratio. Quaesumus omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Imperator Noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus vitiorum monstra devitare, hostes superare, et ad Te, qui via, veritas et vita es, gratiosus valeat pervenire. Per Dominum etc.

Secreta. Munera, Domine, quaesumus oblata sanctifica, ut et nobis Unigeniti tui corpus et sanguis fiant; et Imperatori Nostro ad obtinendam animae corporisque salutem, et peragendum injunctum officium, Te largiente, usquequaque proficiant. Per Dominum etc.

Postcommunio. Haec Domine Oblatio salutaris famulum tuum N. Imperatorem Nostrum ab omnibus tueatur adversis, quatenus et Ecclesiasticae pacis obtineat tranquillitatem, et post hujus temporis decursum ad aeternam perveniat haereditatem. Per Dominum etc.

Quibus vero in Dioecesibus viguit hactenus consuetudo canendi insuper in Missa solemni sive post antiphonam Communionis, sive post ultimum Evangelium, versiculum — „Domine salvum fac Imperatorem Nostrum N. et exaudi nos in die, qua invocaverimus te,“ — firma eadem consuetudo perstabit.

III. In Missa Praesanctificatorum feria VI. in Parasceve inter Orationem pro cunctis Ecclesiae Ordinibus et aliam pro Catechumenis haec pro Imperatore dicetur: — Oremus et pro gloriosissimo Imperatore Nostro N. ut Deus et Dominus Noster det illi sedium suarum assistricem sapientiam, qua populum sibi commissum gubernet in omni justitia et sanctitate ad divinam gloriam et nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui regnis omnibus aeterna potestate dominaris, respice ad Austriacum benignus Imperium, ut et Imperator juste imperando, et populus fideliter obediendo ad gloriam tui nominis et Regni tranquillitatem unanimi pietate conspirent. Per Dominum etc.

IV. Praeconium Paschale sabbatho sancto hac ratione concludetur:

Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos omnemque Clerum et devotissimum populum una cum Beatissimo Papa Nostro N. et antistite Nostro N. nec non gloriosissimo Imperatore Nostro N., quiete temporum concessa, in his Paschalibus gaudiis assidua protectione regere, gubernare et conservare digneris. Per Dominum etc.

V. In Litaniis Sanctorum cum deventum fuerit ad preces, inter versiculum — Ut inimicos Sanctae Ecclesiae etc. — et alium — Ut Regibus et Principibus — etc. addetur — ℣. Ut Imperatorem Nostrum custodire digneris. ℟. Te rogamus audi nos. — Item post Psalmum — Deus in adjutorium etc. — dicto versiculo — Oremus pro Pontifice Nostro N. ℟. Dominus conservet etc. illico subjungetur ℣. Oremus pro Imperatore Nostro N. ℟. Domine salvum fac Imperatorem et exaudi nos in die, qua invocaverimus te. — Denique, absolutis precibus, immediate post Orationem pro Papa adjicietur Oratio pro Imperatore superius notata — Quaesumus Omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Imperator noster etc.

Has itaque pro Imperatore Augustissimo preces Ssmus Dominus Noster ratas habuit et confirmavit, easque in omnibus Latini Ritus Ecclesiis intra Ditionem Austriacam sitis recitari voluit, omni in superioribus formulis variatione prohibita; salva tantum consuetudine, ubi hactenus viguit, Imperatorem ipsum in publicis precibus semper decorandi duplici titulo Imperatoris et Regis.

Cum autem Constitutionibus Apostolicis cautum sit, ne quae ex singulari Sanctae Sedis privilegio uni alterive tantum Dioecesi, Provinciae vel Regno concessa fuere, in corpus Missalis et Breviarii Romani inserere liceat; ut generali huic praescriptioni omnes in Imperio Austriaco fideliter obtemperent, jussit Sanctitas Sua preces ipsas una cum praesenti decreto adjici solum debere in Appendice Missalis et Breviarii Romani pro diversis locis destinata, vel in supplemento Missarum atque Officiorum uniuscujusque Dioecesis proprio.

Quo tandem Episcopi ceterique Ordinarii in locis degentes Austriacae Dominationi subjectis certam de his omnibus habere possint notitiam, ac pro sollicitudine muneris Pastoralis, plenam perfectamque superiorum quarumcumque ordinationum executionem curare, idem Ssmus Dominus Noster praesens voluit a S. R. Congregatione ferri decretum, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae die X. Februarii 1860.

C. Episcopus Albanensis Card. **Patrizi**,
S. R. C. Praefectus.

Loco † Sigilli

H. Capalti, S. R. C. Secretarius.

E Decreto præmisso quisq. VV. Fratrum perspiciet:

a) Memento in Canonis oratione prima pro Rege aut Imperante in Missalibus antiquis non occurrens, et nonnisi in novis e typographiis Austriacis insertum, in Dioecesi nostra hucusq. observatum, sanctione esse nunc donatum.

b) Collectam quæst. eandem concedi, quæ in Missalibus antiquis pro Rege est præscripta, attamen cum facultate utendi titulo simplici Imperatoris, aut duplici, Imperatoris et Regis, prout mos hucusq. vigebat.

c) Simulq. in 1. addendi: „hostes vincere" post: „devitare" Mutationem in Monitionibus Parasceve factam legi in iis, quæ Romanum Imperium nunc eliminatum respiciebant.

d) Orationes has et versiculos in Litaniis, suo in loco inserendos præcipi.

His perceptis pro muneris Nostri parte ordinandum esse censemus, ut:

1. Preces prælaudatæ sub Missa et Litaniis &c pro impetranda gratia Augustissimo Imperanti Nostro summe necessaria, juxta monitum Apostoli gentium I. ad Timoth. II, &c. *) ubiq. persolvantur, et Collecta in Missis solemnibus vel parochialibus sumatur et festis nonnisi I. et II. Classis omittatur.

2. Versiculi &c in Litaniis lingua vernacula adhibeantur, attamen tunc primum, postquam impresssi submissiq. fuerint.

3. Orationes et versiculi heic typis mandentur et serius, additis aliis, Ven. Clero tradantur.

4. Oratio pro Augustis. Imperante inter Orationes post Litanias de OO. SS. Boże któryś jest obroną wszystkich królestw... pro demandata ultro adhibeatur, attamen post Orationem pro Papa: Wszechmogący wieczny Boże! racz się zmiłować... dicatur.

E Præsidio Eppali Tarnoviæ festo S. Alojsii 1860.

Z. 2639.

Die Ziffer der alten Taxe für Matrikscheine ist festzuhalten.

Laut Erlaßes des h. k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 19. April 1860 Z. 4562|1349 findet sich in der diesem h. Ministerium von der Krakauer k. k. Landesregierung vorgelegten Currende VI. welche das h. o. Ordinariat am 15. März 1860 Z. 1041 an den Clerus der hiesigen Diözese erlassen hatte, sub Z. 2361 aus dem Jahre 1859 irrthümlich vorgezeichnet, daß bei der Bemeßung der Gebühren für Matrikscheine die Bestimmung des §. 4. der kais. Verordnung vom 8. Juli 1858 (R. G. B. Nr. 102) zur Richtschnur zu nehmen sei.

In Folge dessen, hat das h. Ministerium für Cultus und Unterricht angeordnet, dafür Sorge zu tragen, daß dieser Irrthum nach Maßgabe des, mit h. Landesreg. Verfügung vom 14. Oktober 1858 Z. 29873 bekannt gegebenen h. Erlaßes vom 4. Oktober 1858 Z. 17124 unverzüglich berichtiget werde, zufolge dessen Stolagebühren, welchen die Gebühren für Matrikscheine beizuzählen sind, in solange lediglich von der

*) «Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro *regibus* et omnibus, qui in sublimitate sunt, ut (sub prospera eorum tutela) quietam et tranquillam vitam agamus, in omni pietate et castitate; hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro.«

alten in die neue Währung umgesetzt werden sollen, als nicht die Ziffer dieser Zahlungen durch Gesetze oder Verordnungen in der österreichischen Währung neu festgesetzt wird.

Hievon wird der Ehrwürdige Klerus in Folge h. Weisung der k. k. Krakauer Landesregierung v. 15. Aug. l. J. Z. 21949 zur unverzüglichen strengen Darnachachtung in Kenntniß gesetzt. Tarnow am 6. Sept. 1860.

L. 2629.

Pozwolenie i wezwanie do wsparcia zniszczonych katolików na Libanie.

Za łaskawém pozwoleniem Wysokiego c. k. Ministerium spraw wewnętrznych z dnia 16 sierpnia 1860 pod L. 24638 i zawiadomieniem W. Prezidium krajowego z dnia 22 sierpnia 1860 L. 2373 JMC. XX. Mojżesz Makhat generalny wikaryjusz i Filip Nemmer, sekretarz grecko-katolickiego biskupa obrządku Melchityckiego w Zahle Błażeja Szachiat w całém państwie c. k. Austryackiém będą zbiérać jałmużnę dla wsparcia tych biédnych, którzy najokropniejszemi czasów naszych zdarzeniami z wściekłości muzułmańskiéj wynikającemi na Libanie do ostatniéj nędzy przyprowadzeni zostali. Uwiadamiając Was Szanowni Bracia o tém, prosimy, abyście tych nieszczęśliwych braci poświęcających się dla nieszczęśliwych równie owieczek swoich mile przyjęli i według okoliczności i możności w każdym razie braterską im rękę podali. Jałmużna, według wyższéj woli do 1 marca 1861 ukończyć się ma i tylko raz w jedném miejscu zbierać się może.

Z Biskupiego Konsystorza. Tarnów dnia 30 sierpnia 1860.

Nr. 2676.

☞ Invitatio ad Conventum Societatum Germaniae et Austriae catholicarum Pragae a. 24 — 27. Sept. celebrandum. ☜

M. D. Praeses Congregationis praelaudatarum Societatum sub 16. Aug. a. c. Nobis de celebratione XII. Conventus Pragae apperiendo, submiserat Invitationes, Ven. Clero Dioecesano communicandas, quarum per 1 exemplar cuilibet Decanatui occidentalis Dioeceseos plagae in annexo ·/. cum eo apponimus, ut celerrime circulando emittatur... simulq. datur facultas a Nobis cuiq. resp. Curatorum vel Cooperatorum haud impeditorum, illorsum 20. m. et a. c. erga praeviam Perillustri resp. Decano insinuationem, nec non provisionem certificato ab Inc. C. R. Offo District. &c. proficiscendi, ut compareant Pragae 21. m. c. ibiq. de promovendi religionem ac moralitatem adminiculis agendi. E ses. 6. Sept. 1860.

Nr. 2720.

Litterae fundationales non in semiphiluris, verum in totis exarandae commendantur; marcae et sigilla non in medio applicandae.

Ecclesiae Dioeceseos hujatis a saeculo XV. usq. ad dimidium et ultro saeculi XVIII. plurimas fundationes tam in Capitalibus quam realitatibus consecutae sunt. Postmodum per aliquot decennia variis ex causis stagnatio intergressa erat. Nunc vero a pluribus retro annis Deo laudes! excitantur rursus fundatores, capitalia praeprimis destinantes pro fundo in suf-

fragia variorum.. quae posteriora ut in futurum firma consisterent basi, litteris fundationalibus in 3 exemplaribus juxta legem vigentem stabilienda veniunt. Conceptus pro earum adornatione ab Alto Regimine submissus solummodo in semiphilura exaratur et ideo plurimi Curati illa Litterarum fundationalium exemplaria, nisi praevie reflectantur, in semiphiluris, non autem in integris exarare solent.. Semiphilura (półarkuszek) saepe non est par capiendo simul tenori et adprobationum tum Consistorii tum A. Regiminis formulis, praeterea scriptura sine altera philurae parte ceu involucro, cito attritur, imo nunc, quando charta assumitur debilis, mox conteritur. Pro majori igitur securitate commoditateve Ven. Clero hisce commendatur, ut in posterum integras philuras (całe arkusze) ad condendas fundationum Litteras (Stiftbriefe) assumant.

Praeterea marcae tymbratae et sigilla non in medio philurae, sed a latere, ad faciliore mejus compositionem, applicentur. E ses. 6. Sept. 1860.

N. 916.

Spis rzeczy w różnych latach aż do r. 1859 włącznie według aktów wizyty dekanal. z r. 1859 w Dekanacie Nowo-Sandeckim sprawionych, naprawionych i t. p.

W Chomranicach: a) dom czeladni (folwark) nowo pokryty i odnowiony, do tego przyłożyli się parafianie. b) Puszka pro Sanctissimo wyzłocona nakładem Plebana W. Ks. Lewickiego.

W Kamionce: a) Posadzkę kamienną dano w kościele, zakrystyi, kaplicy i w przysionkach za staraniem W. Plebana Mieszczaka, a nakładem parafian. b) Dwie chorągwie nowe, koloru czerwonego sprawiono w miejsce starych, podartych, z dobrowolnie złożonych 22 fl. a resztę dodał Wielebny Ks. Pleban Mieszczak, t. j. 7 fl. c) Pleban W. Ks. Mieszczak z własnego kazał kielich wyzłocić za 9 fl. d) Szafę z szufladami do przechowywania apparamentów dał zrobić J. Ks. Pleban z własnego nakładu za 39 fl. e) J. Ks. Pleban na oprawienie Mszału dał z własnego 3 fl. 15 kr. W. A.

W Jakóbkowicach: a) Pokryto na nowo rezydencją i śpichlérz plebański za 165 fl. 97 kr. W. A. b) Prócz tego J. Ks. Gabryelski Pleban tego roku kazał: *a)* śpichlérz przestawić, podmurować, dać nową posadzkę w jednym pokoiku, w sieni podłogę ułożyć, ganek przestawić, jeden pokoik otrynkować i odmalować, w mieszkaniu swojém powałę, okna, drzwi, na nowo odmalować, plebanią i sień zewnątrz obielić, mury koło kościoła tu i owdzie narzucić wapnem, 5 gradusów w kościele olejną farbą odświéżyć, ramy przy antypedjach odmalować i 16 lichtarzy farbą odświéżyć &c. wydał na majstrów i materjały potrzebne razem 105 fl. M. K. *b)* sprawił kapę fioletową za 26 fl. 16 kr. M. K. *c)* albę z płutna holenderskiego 13 fl. M. K. *d)* sprawił 2 paski za 1 fl. 20 kr. M. K. *e)* kanony i okna szybami zaopatrzył za 1 fl. 14 kr. Wydał razem na to 145 fl. 50 kr. M. K. ale ponieważ ma rocznie z fundacyi Przychockich na to teraz 35 fl. M. K. więc J. Ks. Pleban

z swojego wydał tylko 110 fl. 50 kr. M. K. c) WW. Baronowie Teodor i Waleryja Przychoccy sprawili piękny Baldachin, a ponieważ obydwoje własnoręcznie materją wyszywali &c. tem milszy jest ten dar i ceni się go koło 70 fl. M. K.

W Mystkowie: a) Szymon Ligęza, parafianin, kupił kielich za 34 fl. b) Dokończyli tego roku parafianie cmentarza koło kościoła sągów 17 i kamieniami kwadratowemi przykryli za 34 fl. c) Capellam parvam ex lapidibus cussis (ciosowych) procuravit parochianus Joannes Poręba, quae est posita in muro coemeterii Ecclesiae 20 fl. d) Antypedium z drzewa jasionowego ex oblatis 13 fl. e) Figura Crucifixi in Coemeterio renovata expensis parochiani Mathiae Kruczek 10 fl. f) Pan Baron Brunicki Kollator ramę nową ad Antipedium za 6 fl. g) Lustra na boki Wielkiego Ołtarza sprawione za 22 fl.

W Męcinie. Ponieważ w kursoryi 10. N. 1955 ex 14. Julii 1859 nie wszystkie rzeczy w dawniejszych latach wyszczegółowane były, zatem uzupełniają się: a) Odnowiono wielki Ołtarz, na co dali parafianie w r. 1855 23 fl. J.Ks. Wąsikiewicz 12 fl. b) Odnowiono w r. 1855 Obraz ś. Barbary z ofert 3 fl. c) Antypedia przy pobocznych 2 Ołtarzach z ofert 6 fl. d) Obraz P. Jezusa na tęczy odnowiony z ofert 2 fl. e) Trzy krzyże do noszenia odnowione z ofert 3 fl. f) Cyborium odnowione przez parafian za 12 fl. g) Velum nowe sprawił J. Ks. Wąsikiewicz Pleban w r. 1855 za 6 fl. h) Kociołek miedziany na wodę kosztem J. Ks. Plebana za 8 fl. i) Za wymalowanie Presbiterjum dał 18 fl. k) Za odnowienie 12 obrazów Apostołów, za nowe feretrum 14 fl. l) Za pozłocenie promieni Ducha ś. na wiel. Ołtarzu 3 fl. m) J.Ks. Pleban sprawił Chorągiew szkolną r. 1857 za 38 fl. n) Płaszczyki 2 dla ministrantów za 12 fl. o) W r. 1859 Antoni Piwowar spr. Chorągiew adamaszkową za 47 fl. p) J. Ks. Pleban sprawił taśmę kanwową robotą do dzwonka za 8 fl. r) Za gonty i gwoździe do podciągnionéj rynny nad kaplicą 2 fl. 58 ct.

W Pisarzowéj: Wybudowano w r. 1859 dom szkolny i organistówkę kosztem parafian i P. Kollatora za 700 fl.

W Nowym Sączu: a) J.Ks. Machaczek Proboszcz sprawił Ornat czarny za 18 fl. b) J.Ks. Proboszcz sprawił 2 Alby i Kielich kazał wyzłocić za 21 fl. c) Za reparacją 12 Ornatów i za materją do tego potrzebną wydał J.Ks. Proboszcz miejscowy 40 fl. d) Umbraculum do zakrycia w Monst. Sanctis. ofiarowane w cenie 10 fl. e) Kanon kosztem J.Ks. Proboszcza z oprawą 4 fl. f) Baldachin sprawiła Pani Baronowa Paulina z Skrzyńskich Przychocka wartości 120 fl. g) Za staraniem i namową J. Ks. Proboszcza strony prywatne i parafianie odnowili i poreperowali kaplicę ś. Heleny, kaplicę czy kościółek ś. Rocha i kaplicę na Cmentarzu pogrzebanych.

W Tęgoborzy sprawione zostały przez J.Ks. Wieczorka Plebana 1) 18 sztuk książek dla wpisywania rozmaitych funkcyi kościelnych i urzędowych za 10 fl. 2) Ornat biały nowy z wszystkiemi potrzebami za 32 fl. 3) Trzy obrusy nowe za 72 fl. 30 kr. 4) Cztéry Korporały nowe za 2 fl. 30 kr. 5) Cztéry Puryficatoria za 1 fl. 6) Dwie Alby z Humerałami nowe za 10 fl. 7) Cztery Paski nowe za 2 fl. 8) Trzy Tuwalnie za 8 fl. 9) Jedna

Chorągiew na nowo przerobiona za 2 fl. 10) Bursa czyli Kapsula do chorych nowa za 1 fl. 50 kr. 11) Dwa Korporały i dwa małe ręczniki za 1 fl. 20 kr. 12) Kapa nowa biała za 16 fl. a czerwona za 44 fl. 13) Baldach nowo obciągniony i kule żelazne dorobione za 3 fl. 30 kr. 14) Ornat nowy biały z wszystkiemi potrzebami za 29 fl. 15) Dwanaście Ornatów wynaprawiano, do których dokupiono materyi i galonków za 20 fl. 50 kr. 16) Kapa nowa fioletowa za 12 fl. a Ornat fiol. za 30 fl. 17) Dwie sukienki z czerwonego sukna dla ministrantów za 6 fl. 18) Dwie Chorągwie z czerwonego zapału na nowo przerobione za 3 fl. 10 kr. 19) Sukienka na Puszkę do Sanctiss. za 2 fl. 20) Dwie Chorągwie (sztandary) jedna niebieska a druga zielona, na którą J.Ks. Pleban dał 30 fl. 54 kr. a Parafianie 50 fl. Pozłacanie Kielicha za 10 fl. 21) Blaszany lawuar do Zakrystyi za 2 fl. 40 kr. 22) Lampasz z blachy mosiężnéj przed P. Jezusa za 3 fl. 23) Kanony na wielki Ołtarz z szkłem i złotemi ramkami za 3 fl. 20 kr. 24) Krzyż na Procesją odnowiony za 1 fl. 25) Reperacyja i oprawa Mszału za 1 fl. 40 kr. 26) Na organy, które nowe są sprawione, dał J.Ks. Pleban 50 fl. 40 kr. a parafianie 150 fl. 27) Na ozłocenie, śrebrzenie, malowanie trzech Ołtarzów, Obrazów w tychże Ołtarzach, 16 lichtarzów śrebrzenie, Krzyża i figury Zmartwychwstania P. Jezusa Zbawiciela naszego, pozłacanie 2 ram do Obrazów N. M. Panny i ś. Józefa, odmalowania ambony, organ i 2 latarni do chorych kosztem 140 fl. i 50 kr. J.Ks. Plebana, a kosztem parafian 235 fl. 28) Posadzka z kwadratowego kamienia do całego Kościoła za 80 fl. 20 kr. 29) Dwie Kaplice na cmentarzu na Procesją Uroczystości B. Ciała 46 fl. 30) Gontów na reparacją Kościółka na Juście, 20 kóp za 6 fl. 48 kr. 31) Gwoździ do pobijania tegóż Kościółka za 2 fl. 20 kr. 32) Obmurowanie podworca przy Plebanii i bramy za 40 fl. 33) Piwnica nowa wymurowana za 20 fl. 50 kr. 34) Trzy okna z ramami i szkłem do Plebanii, sufit w jednym pokoju, nabijanie klinów i trynkowanie za 12 fl. 24 kr. 35) Wszystkie budynki ekonomiczne kosztem J. Ks. Pastérza słomą poszyte za 50 fl. 54 kr. 36) Za staraniem z wielu kłopotami J. Ks. Plebana szpital na 8 ubogich nowy wybudowany, fundusz tegoż pomnożony i zabezpieczony. 37) Za staraniem J.Ks. Plebana cmentarz powiększony i trupiarnia przybudowana z twardego materjału. 38) Czarna Chorągiew za 12 fl. i obrus perkalowy z czerwoném pobiciem przez Kat. Sołtyskę za 3 fl. 39) Taśma z paciorków do dzwonka przy Zakrystyi przez P. Syrkowską 3 fl. 40) Puszka wyzłacana nowa na Sanctiss. przez Michała Kuzmę 20 fl. 41) Dwie nowe niebieskie małe Chorągwie przez Jana Gaidę 8 fl. 42) Za staraniem J. Ks. Plebana organistówka z szkołą razem wymurowana kosztem parafian za 400 fl. 43) Śpichlerz całkiem nowo pobity kosztem parafian 60 fl. 44) Kościół cały nowo gontami a sygnaturka blachą pokryte także przez parafian za 200 fl.

Dalszy ciąg w następującéj Kurendzie nastąpi.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 13. Sept. 1860.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.